

et eam perficere et cooperire lavris¹⁾ vel coppis; que quidem domus esse debeat per fatiem tres passus adminus; quam quidem domum si infra dictum terminum non fecerit, ut supra dictum est, cadat ad penam libr. .XXV. par., et nichilominus
 5 dictam domum facere teneatur infra unum annum post dictam condempnationem, et sic de anno in annum sub dicta pena, et nichilominus habeatur et tractetur pro forensi donec // 81 B
 non fecerit dictam domum. ¶ Qua domo facta sit liber et absolutus de omnibus angeriis usque ad proximos tres annos
 10 sequentes; excepto de dacio comunis et de dacio vini. ¶ Et si ille civis sic receptus refutaverit vicinitatem huius civitatis vel se fecerit²⁾ rusticum alicuius, omnia eius bona, mobilia et fixa, que habe[re]t in civitate vel districtu Tergesti, deveniant totaliter in comuni, si infra quindecim dies non revertetur ad mandata domini Tergesti. ¶ Et quicumque receptus
 15 fuerit in civem civitatis Tergesti et habitatorem, utriusque sexus, et per aliquam personam convinceretur in iure esse servum alicuius persone, tunc omnia eius bona que talis servus acquisiverit stante et habitante in civitate Tergesti veniant in
 20 comuni sine aliqua remissione. ¶ Et si aliquis receptus fuerit in civem qui fuerit civis alterius civitatis terre vel loci preterquam civitatis Tergesti, nullum offitium habere possit in civitate Tergesti nec esse de maiori consilio civitatis Tergesti, nisi primo fecerit bonam securitatem dominio Tergesti mille libr.
 25 ad hobediendum omnibus mandatis seu preceptis sibi per dominium Tergesti factis et traditis, tam in persona quam bonis, et de non conquerendo alteri dominio, sub dicta pena mille libr. ¶ Et si qua persona habuerit terram aliquam in dicta contrata Prelaser, que fuerit requisita a dominio per aliquam
 30 personam sic receptam in civem, causa edificandi domum ut supra dictum est, dominium Tergesti teneatur illam dare petenti ad edificandum dictam domum, et solvatur domino³⁾ pro dicta terra per comune secundum extimationem extimatorum.
 ¶ Et si dominus // terre recusaret dare dictam terram, volens 82 A

¹⁾ *larius*. ²⁾ *facere*. Statuti 1365: *fecerit*. ³⁾ *dicto*. Anche gli Statuti del 1365 hanno qui *domino*.